

docent Samuelius de electione contrarij, 11, no. 15. Petrus Greg. eod. tract. c. 15. in fine, Barbofi lib. 2. de iuris ecclie. c. 19. num. 183. Hieron. Garcia tom. 2. poli. regul. difficult. 2. dub. 6. p. 4.

h irritandam.) Ex hoc textu expresse probatur, eum qui tenetur eligere eam alterius consilio, debere illud congruo tempore perere, & expectare, alias electionem nullam esse: quam doctrinam illustrant Lambert. de iurapatron. 1. par. qu. principali. lib. 2. art. 8. fol. 29. Paulus de Castro, Cosfredus & Claffici in l. curpia 54. §. Tercia, de legat. 1. Sanchez l. 1. de matrim. disp. 34. numer. 24. Gonzalez ad regulam 8. glossa 46. num. 36. Palacios Rubios in c. per vestras, §. 2. nu. 8. Covarr. 1. par. de matrim. cap. 3. §. 3. Rodericus Suarez tit. de los casamientos, num. 23. Molina lib. 2. de primogenitijs, c. 3. num. 36. Mieres lib. 1. de majorat. qu. 50. Mantica de consuetudinibus, lib. 11. tit. 18. n. 10. Menochius 1. tomo, consilio 69. n. 37. Unde cum in hoc textu ex mandato Pontificio deberent Canonici Bifuntini eligere cum consilio praeceptorum Abbatum, & illud congruo tempore non pererent, nec expectarent, electio tamquam contra formam mandati Apostolici

celebrata irritatur. Nec huic decisioni adversatur textus in c. dilectus, et 2. de praebendis & dignis, ubi collatio praebendae facta contra mandatum Apostolicum, subsistit, & vires habet, licet Canonici ita conferentes in eo ponantur, ut cogantur alere eum, cui ex mandato Sedis Apostolicae tenebantur praebendam conferre: igitur similiter in praesenti electio Archiepiscopi Bifuntini celebrata, non expectato consilio a Sede Apostolica praescripto, defendi debet. Pro cuius textus interpretatione iam diu observavi in c. ex infirmatione, de rescriptis, collationem praebendae ab Ordinario factam, neglectis literis monitorijs, vel preceptoribus R. Pontificis, validam esse, donec mandatorum usus non invaluit: at vero postquam mandata Pontificia ad praebendas vacaturas ad usum venerunt, collatio praebendae ab Ordinario facta contra eorum tenorem nulla est. Petrus Gregor. l. 1. de rescriptis, c. 4. Quare cum in praesenti mandatum Pontificis praescripserit, ut Canonici Bifuntini ad electionem sui Praelati procederent cum consilio praeceptorum Abbatum, & Prioris; ideo electio facta non requisito congruo tempore, nec expectato praedicto consilio, nulla est.

C A P U T L I I I.

Idem Episcopo a Silvanestensi.

Congregato b Nivernensi Capitulo ad electionem futuri c Pastoris, xliii. in Decanum, & xviii. (computato d procuratore cuiusdam absentis) in e Cantorem ipsius Ecclesiae conveniunt: qui cum plures in eum, & pauciores in alium sua desideria direxissent, a parte sua electus exiit in Pastorem Ecclesiae Nivernens. Postmodum credente parte f Decani, quod alii plurimum deliquissent eligendo personam scientia litteralis expertem, propter quod illis secundum statuta g Later. Concilii ipso jure eligendi potestate privatis, potestas eligendi ad eos exiit devoluta; Decanum ipsum, qui in eum sua vota direxerat, in suum Episcopum elegerunt, ad Sedem Apostolicam appellantes. Et infra: Reliquis petentibus, ut irritate Decani electionem attentatam a paucioribus, & post aliam non b cassatam, ac confirmare reliquam, veluti canonice celebratam a pluribus de persona idonea, dignemur. Nos igitur mandamus, quatenus si dictus Cantor defectum in literatura non patitur, & alias est idoneus ad regimen pastorale, ipsius electionem procuret auctoritate nostra (infirmata reliqua) confirmare: alioquin ipsius Cantoris electione irrita nuntiata, praenominatum Decanum (si nihil ei de canonicis obstat statutis) eadem auctoritate praeficias Ecclesiae memoratae.

N O T A E.

a Silvanestensi.) Roberto videlicet Episcopo Silvanestensi, de qua Ecclesia egi in c. ex parte 33. de rescriptis.

b Nivernensi.) Nivernia, seu Nivernum, vulgo Nivres, a fluvio Niveri, qui se ad urbis moenia immiscet dicta, est sita in Lugdunensi quarta Provincia, inter Lutetiam, & Lugdunum. Habet Ecclesiam Cathedralis S. Ciriaci dicantem, suffraganeam Archiepiscopi Senonensis, ut referunt Fratres Sarmat. tom. 3. Gallia Christ. fol. 791. Cheniu in Serie Praesulum ipsius Ecclesiae.

c Futuri Pastoris.) Deceperat enim Raynaldus anno 1230. in cuius locum successus fuit Radulphus Velbecensis, de

quo in praesenti agitur, ut notant Fratres Sarmat. supra, num. 49.

d Procurator.) Quando procurator absentis nomine ad electionem admittatur, dixi supra, in c. quia propter, e Cantorem.) De hac Ecclesiae dignitate egi in c. ad aures, de rescriptis.

f Decani.) De Decano, & eius officio nonnulla adduxi in c. 2. de rescriptis.

g Laterani.) Relata in c. cum in concilio, §. cum vero, hoc tit.

h Non cassatam.) Ex c. confirmacionibus, ubi plura adduxi, hoc tit. ex cuius commentario, & ex adductis in d. §. cum vero, illustranda est praesens decisio.

C A P U T L I V.

Idem a Silvanestensi Episcopo, & Joann. de Monte Morabili, Archidiacon. & Succentori Parisiensi.

Udum Ecclesia Rhotomag. Pastoris solatio b destituta, contra electionem, quae in eadem Ecclesia fuerat celebrata, Archid. & quidam alii ejusdem Ecclesiae Canonici ad Sed. Apost. accesserunt. Dicit vero Archid. pro se ac parte sua, & G. Archid. procuratore illorum, qui electionem celebraverant, in nostra praesentia constitutis, inter alia quae contra electum objecta fuerant, Archidiacon. proposuit memoratas, quod idem electus post generale Concilium Archidiaconatum Ambianens. adeptus, ipsum cum pluribus partialibus Ecclesiis, quas ante idem Concilium obtinuerat, retinere praesumpsit, eoque dimisso retinuit Ecclesias memoratas. Unde cum in eodem Concilio sit statutum: ut quicumque receperit aliquod beneficium curam animarum habens annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso jure privatus; & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spoliatur: praedictus electus contra hujusmodi veniens statuta, transgressionis notam, necnon a cupiditate vitium (quod in alijs reprobare debebat) ex pluralitate beneficiorum incurrit. Et retinendo beneficia, quae non spectabant ad ipsum (cum post receptionem alterius priora beneficia vacaverint ipso jure) rem contractavit per consequens e alienam, & sic f furtum commisit quodammodo, vel g rapinam. In sua quoque salute, & multarum animarum dispendium praedictas parociales Ecclesias retinebat, cum eorum cura, qua jam privatus fuerat in ipso jure, ad eum nullatenus pertineret: & sic per ipsum eadem anima damnabiliter fuit b decepta. Verum procurator eorum, qui elegerat ipsum, etiam pluralitatem beneficiorum hujusmodi coram nobis profiteretur in jure, per concessionem tamen Rhotomag. Archiepiscopi nobis exhibitam, eundem electum nixus est multipliciter excusare. Nos igitur dictam excusationem, utpote frivolam, nullatenus admittentes, vobis dedimus in mandatis, ut si constaret, quod idem post receptum Archidiaconatum praedictum curam animarum habentem, praefatas parociales Ecclesias electionis tempore retineret, nec offenderet secum per Sed. Apost. super hoc dispensatum, electionem illius auctoritate Apostolica cassaretis. Et infra: Partibus ergo propter hoc in vestra praesentia constitutis, praestito quoque i juramento de veritate dicenda, & factis positionibus, & j responsonibus hinc inde, tandem eodem Decano prae-textu quorundam gravaminum ad nostram audientiam appellante, vos electionem hujusmodi irritantes, eidem Ecclesiae de Genoman. Episcopo providistis. Et infra: Licet autem positiones, & responsones super pluribus articulis factae fuerint coram vobis, quia tamen contestationem litis non invenimus esse factam (cum non per positiones, & responsones ad eas factas, sed per petitionem in jure propositam, & responsonem factam contestatio litis fiat) eundem processum de fratum nostrorum consilio irritum duximus nuntiandum. Tandem h Archidiaconus electionem ex praemissa causa petit irritari, electo respondentem praedicto, quod non erat ejus electio irritanda. Lite vero coram nobis legitime contestata, praestitioque de veritate dicenda a partibus juramento, idem electus etiam confiteretur se dicta beneficia electionis tempore tenuisse; tamen excusare se super hoc nihilominus nitebatur, quia videlicet dictum Archidiaconatum non credebatur curam animarum habere: sed cum in jure confessus fuerit, quod Archidiacon. Ambian. de consuetudine suspenderit, excommunicat, & absolvit Presbyteros, & Priores, & Parociales Ecclesias interdixit, necnon Archidiacon. visitat, & inquitur quae viderit inquirenda, & procuraciones ratione visitationis recipit; evidenter apparet, quod curam habet ani-

animarum annexam: quam si etiam non haberet, negare non potest, quin personatus existat, cum idem de personatibus, quod de beneficiis curam animarum habentibus judicium sic habendum. Insuper indulgentiam, quam super hoc asserit se habere, invalidam reputavit, cum in ea falsitatem suggererit, & suppresserit veritatem: quia tacita vel expressa ipsam nullatenus habuisset. Suggestit enim, quod praedictas Parociales Ecclesias, antequam fuisset in Archidiaconum assumptus, canonice fuerat assequutus; cum nullus poterit plures Parociales Ecclesias obtinere, nisi una penderet l ex altera, vel unam intulitatem, & alteram in commendam haberet. Unde cum idem utramque illarum intulitatem haberet, ipsas nequivit canonice habuisse. Item suggerens, quod reddidit personatus sui erant tenues & exiles, suppressit quod alios reddidit in pluribus Ecclesiis notitum obtinere. Suppressit etiam, quod plures Parociales Ecclesias cum pluribus alijs beneficiis in diversis Ecclesiis notitum obtinere. Suppressit nostrae non fuerit, secum in tot beneficiis (praeterim habentibus curam animarum) dispensare: nec intentionis nostrae fuerit aliquid ei de novo concedere, sed ut per indulgentiam posset habita licite retinere. Et infra: Tandem cum non restaret nisi proferenda sententia, idem tam Jur. (si quod ei competere videbatur) quam liti cessit spontanea voluntate, cujus confessionem duximus admittendam.

N O T A E.

a Silvanestensi.) Roberto videlicet, de quo in textu antecessenti. De Succentore, & ejus officio, pro hujus inscriptionis illustratione repetenda sunt, quae adduxi in c. ad aures 8. de rescriptis.

b Decepta.) Deceperat enim Theobaldus, & post longam disceptationem successus fuit in ejus locum Mauricius, ut retuli supra in cap. 38. de quo in praesenti, ni fallor, agitur, non vero de alia electione, ut voluit Cironius in notis ad textum in d. cap. Ecclesiam 48. nam Mauricius hic fuerat prius Archidiaconus, & inde in Genomanensem Episcopum electus, ut referunt Fratres Sarmat. tom. 1. Gallia Christ. fol. 585.

c Concilium.) Lateranense videlicet, relatum in c. de multa 48. de praebendis.

d Necnon cupiditatis.) Qua falso de hoc Praelato iactabatur, nam Joannes Gandraevensis lib. 1. Apam, cap. 1. c. 8. de eo agens ait: Mirum valde in ipso Archiepiscopo videtur petuit, quod sibi tam parvus, & pauperibus tam largus fuerit; dicebat enim necnonis cum annuo redditus ad duodecim librarum millia computaret: Duo aut tria milia ad vicium familia nostra conservat, in reliquis omnibus nihil habeo, pauperum enim sum, & in pauperes dispensata; illi autem quae mihi manent, dispensantur uti loco, non domini.

e Alienam.) Tantum enim rei alienae furtum committitur, l. furti 17. §. cum autem, l. falsus 43. §. qui alienam, l. inficiando 67. §. cum servus, l. si quis ex bonis 83. ff. de furtis, l. 2. §. hae aliena, ff. de rei honorum rapinam, §. aliquando, Instituta de obligat. quae ex delicto: probaturque ex definitione furti ab Hidozo lib. 5. originum, cap. 16. tradita, ibi: Glan-difina rei aliena occupatio. D. Thomas 2. 2. quae. 66. art. 3. ibi: Occulta rei aliena acceptio. Late explicant post Bonifacium, Parancium, Julium Clarum, & alios Criminalistas, Donellus lib. 15. comment. cap. 29. Pichardus, Arnoldus Vianensis, Mancinus, Harprechtus, & alii Institutores in §. 1. furti, ff. de obligat. quae ex delicto. Et si aliquando legamus in re propria furtum committi, in l. rei communis 45. ff. pro socio, l. si socio, l. si socius 46. l. §. furti 61. §. locavi, l. creditoris 13. §. ultim. l. si is qui 59. ff. de furtis, l. 58. ff. de adilitio edicto, tunc furtum datur in ea parte, quae nobis abest, ut in possessione patris & alius, quae abesse possunt, ut explicat colendissimus Praeceptor D. Josephus de Retes lib. 7. opus. cap. 2. pag. 208.

f Rapinam.) Non recte procurator usurpationem, seu invasionem beneficii furtum dicit, cum in jure ipso utpote incorporali, furtum committi non possit cum contractari non valeat; nec etiam in possessionibus ipsius beneficii: abolita est enim sententia existimantis Sabini, in re immobili furtum dari §. 1. quam 28. ff. de usure, §. aliquando, Instit. eod. l. si creta 57. ff. de furtis; Aulus Gellius lib. 11. noctium, c. 18. nec haec verba referenda sunt ad Gregorium IX. abusive, vel improprie usurpationem beneficii furtum appellarent, ut existimant Glosa & Panormianus in praesenti num. 18. Pichard. in dicit. §. 1. Instituta, de obligat. quae ex delicto, num. 51.

g Rapinam.) Minus proprie usurpationem beneficiorum procurator rapinam appellavit, cum rapina committatur, cum quid alienum, sive alieni jure violenter rapitur. Institutiari supra citati in rubrica de rei honorum rapinam, Donellus lib. 15. comment. c. 30. Cajacius 12. qu. Rapinam in l. si venditator, §. cum raptor, ff. de furtis, c. 11. Pami ad edictum, in

lib. idest, ff. de dolo: in qua parte observandi sunt textus in l. 2. ff. de extraord. crimin. l. bovem 43. §. si quis servum, ff. de adilitio edicto, l. 1. §. quando, ff. de publicanis, l. si rogandus, §. 1. ff. de praescriptis verb. l. 1. §. alet, ff. de aletariis, l. 3. c. de navigantibus, lib. 11.

h Sunt decepta.) Hac verba magnam continent difficultatem, quare videlicet error communis parochianorum non sufficiat, ut gesta ab ipso Parocho effectum obtinerent; cum certum sit errorem commuam populi facere, ut gesta ab eo, qui communi errore pro Judice, aut Praelato habeatur, subsistunt, lib. Barbarius, ff. de officio Praefati; quam suis commentariis illustrant Jacobus Gothofredus, & Primarius notiter D. Paulus de Maqueda & Maldeira l. 2. varior. c. 7. Robertus lib. 1. animadu. c. 8. Desiderius Heraldus lib. unico emendation. c. 4. Salmasius ad jus Atticum, c. 14. Guibertus Coftanus q. juris c. 1. Amaya in l. 2. c. si servus aut libert. Madera animadu. cap. 6. Gilkenius de praescript. p. 2. membro 1. c. 7. Bronchorst. cens. 1. assert. 7. Concilium lib. 1. disp. c. 2. Pancirola lib. 2. var. c. 13. Hunnius ad Treutlerum volum. 2. disp. 5. qu. 6. c. disp. 6. quae. 56. VVienbac. disp. 17. thes. 20. l. 2. c. de sent. c. intel. c. infames 3. q. 7. l. 4. tit. 4. parit. 3. l. 8. tit. 19. lib. 3. recopil. docent pluribus relatis Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 22. n. 6. Martinez a Prado tom. 2. Theolog. moral. c. 23. q. 1. §. 4. Agnovimus difficultatem Glos. in praesenti, verbo Decepta, & antiquiores in praesenti, quorum solutionibus omissis, D. Petrus Bajo Arroyo in cap. fin. de procur. n. 40. existimat in praesenti errorem non fuisse communem totius populi, sed tantum unius, vel alterius Parochiae; & sic non sufficere ut gesta ab ipso Parocho putativo effectum obtinerent. Aliter difficultatem dissolvant, & haec verba interpretant Sanchez ubi supra, Maqueda in d. l. Barbarius, n. 64. Sed illis omissis, dicendum est, verba supra relata non esse Gregorii IX. hujus textus auctoris, sed partis referentis, vel allegantis: nec enim Gregorius IX. affirmat Sacramenta administrata ab eo, qui plures retinebat Ecclesias, effecta non carere; sed tantum ea verba referuntur tamquam a parte protoposita: ita ea accipit Bassilius Legatio. l. 5. de matrim. c. 20. n. 10.

i Juramento.) In causis spiritualibus, ut est electio, non praestatur juramentum de calumnia, sed de veritate dicenda, c. inter eos, de iurament. calum.

k Responsonem.) Dicimus idem, de liti consist.

l Archidiaconus.) Archidiaconum aliquando curam animarum, jurisdictionemque exercere, probabo in c. ad hoc, de officio Archidiacon.

m Commendam.) Licet enim non possit quis habere duas in titulum perpetuam d. c. eam te, de grat. c. qualis, c. ad hoc, c. de multa, ubi commentarij hujus textus dabimus, de praebendis; tamen Leo IX. concessit ut possit quis habere unam Ecclesiam in titulum, aliam vero in commendam, cap. qui plures 3. 21. quae. 1. ibi: Qui plures Ecclesias retinet, unam, quilibet titulatam, aliam vero sub recommendatione retinere debet. Quia commenda non est titulus perpetuus, sed ad tempus; unde beneficia ita commendata, commendationes dicuntur, ut in l. 2. tit. 44. l. 11. legum Longobard. ibi: Ceteri vero homines liberi, qui vel commendationem, vel beneficium ecclesiasticum habent, sicut reliqui iustitiam faciant. Agunt de his commendatis Cironius in cap. 1. de eo qui mittitur, in 5. compil. Bonquetus ad Innocent. III. lib. 1. regeff. 13. epist. 182. & nos alibi.

C A P U T L V.

Idem.

In Genesi legitur. Et infra: Cum in b Concilio caveatur, ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major & e sanior pars Capituli consensit, & in Guil. major pars totius Capituli non consenserit, quamquam majorem partem habuit partium comparatione minorum: nec plene numeri ad numerum, quia utrum Q. & H. de quibus adverteri relierunt quaestioem, in electione vocem habuerint, a statum non exiit, nec discussum, nec zeli ad zelum, nec merit ad meritum collatio facta fuerit: nec etiam electio i communiter celebrata; quoniam licet in eundem Guil. singulariter singuli consensissent, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis; vel idem repeti videretur, vel ex hoc sequeretur absurditas, ut tot essent electiones, quot essent numero eligentes: nec ex singularibus, vel particularibus consensibus appareat universalis electio, vel communis, licet quilibet singularis veritatem exprimat suam partem, quemadmodum ex singularibus propositionibus (licet veris) universalis propositio non apparet, nisi per suam universalem forsitan exprimat: nec praemissi duo Canonici poterant sic excludi, cum primus existeret in Canonice possessione, vel quasi, habendo f statum in Choro, & locum in Capitulo, l.



Ilegendo & g cantando ut Canonice: & ad tractatus ac electionis dignitatem & personatum, quæ occurrerint...

NOTÆ.

a Dem. Non liquet, cui missa sit hæc decretalis epistola: illud tantum ex ultimis verbis deducitur...

CAPUT LVI.

Idem Capitulo a Massano.

Maffana Ecclesia Pastore vacante. Et infra: Edicto perpetuo prohibemus, ne per laicos cum Canonice Pontificis electio presumatur...

NOTÆ.

Maffano. Glossa marginalis legit Maffano, sed perperam: nam Messana Ecclesia est in Sicilia...

CAPUT LVII.

Idem Capitulo a Cathalaun.

Ecclesia vestra destituta b Pastore, convenientes in unum (absente Guil. qui tunc noluit interesse) ad celebrandum electionem e terminis statutis...

NOTÆ.

Cathalaun. Cathalaun nobilis civitas est Provinciae Belgicæ, sub Archiepiscopatu Rhemensis...

bar. 2. 2. dist. 5. quæst. 6. Hier. Garcia 2. 2. polit. regal. dub. 7. f. Stallum in Choro, locum in Capitulo...

g Cardinales canonice.) Ex his verbis aliqui deducunt, Cardinales non ligari sacris Canonibus plurilateraliter beneficiorum prohibitionibus...

COMMENTARIUM.

EX hac Gregorii decisione sequens deducitur assertio: Electio ut consecretur, debet celebrari a majori & saniori eligentium parte...

Sed hæc assertio valde difficilis redditur ex sequentibus; nam electio ut subsistat, sufficit major eligentium pars, etsi non sit sanior...

cognosci nequit, quænam sit pars sanior suffragantium, qui in eo Canone statuitur, ut ex ipsis electoribus tres scrutatores eligantur...

His difficultatibus minime obstantibus vera est supra tradita assertio, videlicet ad electionem canonicè celebrandam, non solum majorem partem, verum & saniorè desiderari...

Unde agnoscitur ratio hujus decisionis; nam cum pro forma specifica essentialis electionis in dict. c. quia propter, prescribitur ut electio fiat a majori, & saniori parte...

Nec obstat prima difficultas supra adducta, cui satisfacere intendit Erasmus Roterodamus apud Guillelmum Neubrigensem de rebus Anglicis lib. 3. cap. 3...

runt Ammianus Marcellinus lib. 13. Strabo, Aristot. & Ptolemæus, quos laudat Ughellius tom. 2. Italia sacra, fol. 784. Jam ante Greg. Maquam Cathedrali Ecclesia decorabatur...

b Pastore. ) Deceperat enim anno 1237, Philippus de Nemours, in locum cuius sufficere legitur Gaufridus anno 1239, cujus electionem confirmatam fuisse a Gregorio IX. referunt Fratres Sarmat. ubi supra n. 63.

In Senatufconsultis etiam rogandis, non sanioris, sed majoris partis consensus attendebatur, nec quam prudentes, sed quam multi idem censuissent, considerabatur...

5 Ratio de-identi.

7 Dissolvi-tur prima difficultas.

g Car-



merus attenditur, cum si persona idonea electa sit, pars major etiam sanior presumatur...

Respondetur tunc secundum...

Nec secunda difficultas refragatur, pro cuius solutione diffidit...

Secundo vero casu, quod privatim, non ut universis, sed ut singulis competit...

Superiori assertioni obstat textus...

Superiori assertioni obstat textus in e. in ordine 14. 61. dist. in illis verbis...

C A P U T LVIII

Idem.

Publicato scrutinio, variare nequeunt electores; cum sit facienda collatio, & electio celebranda...

NOTAE.

Publicato. Scrutinio publicato non posse variare electores, ex hoc textu expresse constat...

De postulat. Pralat. inter casum, in quo postulat presentata est superiori; & inter eum, in quo a postulantibus facta est non vero presentata...

C A P U T LIX

Idem.

alicuius electionem propter simoniam, eo ignorante, ac ratum non habente commissam, contigerit reprobari...

COMMENTARIUM.

Valde notum est, simoniam committi in electione, & collatione beneficii ecclesiastici...

Etiam certum est, inter alias poenas, quas simoniaci incurruunt, & enumerat Gibal. de simonia q. 25. illam constitutam reperi, inhabilitatem videlicet ad illud beneficium...

vero qui scienter simoniam commisit in beneficiis ecclesiasticis, alius quam R. Pontifex dispensare non potest...

Suarez d. c. 57. n. 15. Gibalinus d. g. 31. n. 2. & nos latius dicemus in d. c. sicut, ubi exponemus textum...

C A P U T LX

Idem.

His, quibus interdicitur, ut absque superioris licentia eligere non presumant, tempus statutum a d. Canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi.

NOTAE.

Idem. Ad hujus inscriptionis, & duarum precedentium expositionem repetenda sunt quae adduximus in cap. fin. de consuet.

Licentia. Ut in cap. 7. hoc tit. in quinta compilatione, ubi Honorius III. ita ait: Cum bona memoria...

quia cum impedimentum tollere potuissent petendo licentiam eligendi, si in ea impetranda moram commiserint, illis currit tempus praescriptum in dicto Concilio...

TITULUS VII

De translatione Episcopi.

CAPUT PRIMUM.

Innocentius III. a Antiochena b Patriarcha.



Um ex illo generali privilegio, quod B. Petro, & d. per eum Ecclesiae Romanae Dominus noster indultit, canonica postmodum manaverit instituta, continentia majores Ecclesiae causas esse ad Sed. Apost. referendas...

NOTAE.

Antiochen. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 1. & lib. 1. ep. ipsius Innocentii, fol. 25. in registro Coloniae edito...

Patriarcha. Rodolpho videlicet secundo, qui Selem Antiochenam rexit per 33. annos usque ad ann. 1219. de cuius erga R. Pontificem inobedientia agant Baronius anno 1187...

D.D. Genza, in Decretal. Tom. I. Paris.

Per eum Episcopo Romano. Quae enim Domipus consecravit B. Pe.